



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

5. Quovsque Vasquez contra Soarium minùs solidè discurrerit summatim expeditur.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)



## CERTAMEN V.

*Quorsque Vasquez contra Soarium  
minus solide discurrerit sum  
matim expeditur.*

1. **C**onuenit utrique (ut diximus) absque efficacie intentione salutis & gloriæ prædestinati saluari eum à Deo ex speciali providentia posse, totamque Dei erga illum prædestinationem atque huius effectus omnes posse consistere contra Thomistam Recentiores Dominicanos hic omisso, atque in simili de necessario decreto prædeterminatio nostrorum contingentium fust confutatos tom. 1. de Deo vno controu. 3. tota disput. 1. atque hac etiam controu. & quæst. non semel. Ostendimus enim ex inefficaci, vera tamen, & seria intentione salutis reprobis auxilia ipsi à Deo prouideri, quam veram intentionem salutis eorum / ut vidimus controuersia 4. / licet ex Thomistis hinc pauculi dariores in Deo, non sine temeritate, negent, reliqui tamen cum reliquis Theologis, scriptura, & Patribus concedunt: quare illorum paucorum ratio, (quod nisi ex efficaci finis intentione media applicari ad finem absolute nequeant) ex eo Theologico dogmate de mediis sufficientibus pro reprobis ex inefficaci salutis ipsorum intentione à Deo prouisis confutatum abunde est: immo & humana etiam experientia, cuius opposita eam rationem confirmare volebant: Siquidem ex intentione vera inefficacia media, quæ iudicio nostro intento fini consequendo inferuit absolute possint, plerumque applicamus, tamen securior, & efficacior alia ad finem obtinendum: quia eorum applicatio maioris stabit applicare omittamus. Ratio autem à priori est: quia de ratione efficacis intentionis finis est intendentem determinare ad faciendum, quantum potest ut finem intentum consequatur: quare ea omnia quæ in sua habet potestate ad finis certioris securiorisque assequutionem applicet, & apponet non intendere efficaciter finem aperte conuincitur. Cum autem infra eam intentionis motionem determinatiuam ad securioris, & efficacioris mediis applicationem, motio intentionis vera, non determinatiua ad securioris mediis, sed solum ad huius assequutionem non repugnet: immo neque ad huius assequutionem non determinatiua, sed impulsiva solum, ex eo, quod efficacia media non adhibeantur, veritas intentionis non relictur: quin potius ex motione ad mediis sufficientis applicationem vera seriatim (licet non tota quæ esse poterat serietate & intentione) intentio finis conuincitur: cum implicet medium vere ad finem eligi, & applicari nisi finis vera intentio præcedat. Reliquorum verò Recentiorum Thomistarum Dominicanorum ratio, quod inter intentionem finis, & electionem mediorum proportio requiratur, ut efficaciam electionis non, nisi ex efficaci finis intentione, possit oriri, ne casu Deus in horum electionem, & finis subinde consequutionem, & ultra quam intenderit, videatur incidere, ex dictis facile subruit. Et enim in eorum mediorum electionem, & finis consequutionem ex motione determinatiua præcedentis inefficacis intentionis non veniat, venit tamen ex motione impulsiva intentionis illius; unde nec ultra quam intenderit finem consequitur: Cum vere iuxta hos Thomistas eius consequutionem intenderit. Nec casu in illam, & mediorum efficaciam incidit electionem: cum ex præconflato, suæque voluntatis arbitrio, & deliberatione in cuiusmodi electionem, & finis consequutionem sciens, volensque libere venerit, ac deuenerit: non secus, atque in ipsam inefficacem finis intentionem, nec unde determinatus venit, atque, velut in intentionem finis eiusdem, venerit. Sed hi casum contingentis actus, seu effectus respectu liberi agentis, cum huius, & effectus libertate male confundunt: illud ædum de proportio-

ne inter intentionem & electionem quoad efficaciam (quod vel impugnata casualitate, & fortuito respectu agentis male probant, ut vidimus, vel nullatenus probant) falsissimum est. Nam, vel debet esse actum ipsorum subiectiua, quoad efficaciam proportio, vel obiectorum seu in obiectis, ad quæ illi actus ferantur, ac tendunt: subiectiua autem non requiritur; alioqui nullus mediis ex intentione inefficaci finis electio efficax esse potest. Cum tamen ipsi fateantur ex intentione inefficace salutis reprobis electionem efficacem mediorum sufficientium eis de facto prouisorum à Deo haberi: sed neque obiectiua siue ex parte obiectorum, in quæ tendunt, requiri ea proportio potest. Tum, quia ea ad actuum proportionem impertinens est: tum, quia ex intentione salutis reprobis plurimum, efficaciam mediorum plura ad actus conducentes ad ipsorum salutem à Deo eligi ac prouideri, cum vt honestos actus exerceant tam, vt tentationes superent (plura, inquam, sepe etiam quam prædestinatis pluribus, qui sola penitentia finali ne teatæ totius diuturnæ vitæ saluantur) negare præstari Thomistæ non possunt. Hæc (præter generalem rationem de euerione libertatis, & contingente obiectiua salutis ab ita antecedenter electis prædestinatis tamen, pressamque citatis locis, atque postmodum præmissis) ad institutum præsens rationi & sententiæ Thomistæ, & hinc Dominicanis de necessitate intentionis seu electionis ad gloriam merita absolute prædestinatorum antecedentis (in terminis vt aiunt) confutandis facit satis.

2. Venio ad nostros eorumque asselas extrorsum, qui ea necessitate excluda alterutri sententiæ in quibus de facto adheferunt. Soarius affirmantem principium, & Principes adeo strenue pro affirmatiua discurrunt, atque certant, vt plura cogitare otiosum prorsus fecerit, & impossibile citatis locis præteritis de auxiliis c. 1. 2. vt nostri Vasquez negatiua sententiæ Docti acerrimi argumentis satisfecerit: & certè laudem transcendendo Recentiores aliqui mererentur, si Soarium, ex quo transcribebant saltem citassent, summa verò doctrina pro affirmante sententiæ est, vt antecedentis merita prædestinati efficacis intentionis possibilitatem (quæ substantia affirmatiua de facto sententiæ sua euidenter reuocaretur) obfisteret: statuit primo, in diuinit voluntatibus diuersum, inuicemque ordinem intentionis, & executionis intercedere debere: vt primo voluntas à finis amore ad mediorum amorem gradatim, posterius, & posterius, quo media remetiore, & remetiore sunt ad remotissimum usque descendat: 2. vero executionis ordine à remotissimo hoc voluntatis amor incipiat ac inde ad proximiora, & proximiora fini posterius, & posterius ascendat: id quod, & necessarium videretur, cum media remetiore proximiorum causæ sint, supponique absolute ad posteriorum executionem debeant, & in prædestinationis ordine ad aduersariis, ex intentione inefficaci salutis prædestinatorum necessario admitendum: cum ordine intentionis finis amor antecedit: ordines vero executionis auxilij amor ex eo sine primis sit, deinde meriti ex auxilio orti, ac tandem finis amor executionis sit postremus: quod autem amor finis ordine intentionis aliorum amorem antecedit efficacem, vel sufficax sit, nihil refert finis etiam liberi, & contingenter à nobis obtinendi libertatis, dammodo ex scientia media diligente efficacem ille amor primus, seu intentio finis à Deo concipitur, iuxta eiusdem Soarii doctrinam generalem de præfinitionibus diuinit contingentium nostrorum operationum: statuit secundo, in electione, seu intentione efficaci illa prima Dei gratuita, & prioris siue motionis illud gratis, vel ex parte actus, seu intentionis ipsius accipi posse, vt scilicet ad eam concipiantur nulla omnino merita absolute præsupposita, ad gloriam electi Deum absolute moueant, ac meritiue instanter: vel accipi posse ex parte obiecti, vt scilicet prædestinati gloria à Deo efficaciter intendatur efficaciter conferri, siue habeat, siue non habeat merita: ac prout de intentionis illius conferenda: vel potius contra ex parte obiecti onerosæ, ac non gratuito conferenda efficaciter intendatur: scilicet ob merita prædestinatis atque vt præmium & corona ab ipso consequenda. At igitur gratis, & sine meritis



sue autem meriti vilius absolute præsumitur ex parte actus prædestinati gloriam à Deo efficaciter intendi ex parte vero obiecti ex gratuita prioris intentione persistente Deum gloriam prædestinati multifariam intendere efficaciter posse. Primo, ut sine meritis à prædestinato obtineatur excludendo positum prædestinati merita ab eius gloriæ intentione collatione, seu illam ipsi gratis, ac liberali prorsus donatione conferre intendendo: quo pacto baptizatis non adultis gloriam efficaciter videtur Deus intendisse. Secundo, neque includendo ex parte obiecti merita prædestinati, sed ab illis pro eo intentionis gloriæ signo præcedendo, quin vel gratuitam, & liberalem vel onerosam gloriæ donationem intendat: ut liberum proinde ita gloriam intendenti Deo sit, siue ob merita & in præmium remuneratorie, siue liberaliter & gratuito pro posteriori eam velle prædestinato, & executione conferre, quin alterutra voluntate posteriore intentioni illi primæ suæ aduerfetur. Postea vero posteriore voluntate efficaci, qua determinatè velit gloriam gratis conferre, non poterit prædestinato eam ob merita conferre, quin hinc posteriori suæ voluntati contradicat ut patet: sicuti, nec posset gratis, & liberaliter gloriam conferre, si loco eius posterioris voluntatis oppositam aliam, quam poterat, de gloria vel corona & præmio, ac remuneratone conferenda posuissim voluntatem habuisset.

3. Secundum hunc modum confirmat: quia, si quis decernat egeno succurrere solum, postea potest modum ex pluribus, quibus succurrere potest eligere: nempe, vel liberali donatione, vel mutuo, vel debita solutione; si egenus ille creditor ipsius sit, quin altera ex his electione intentioni efficaci succurrendi præterit aduerfetur, sed potius illam inuicem ad debitumque effectum deducat, secundo: quia potest Deus pluviam, & vberitatem fructuum terre tali tempore efficaciter decernere, quin id per causarum naturalium dispositionem, vel Sancti alius precibus, aut merita, vel per gratuitam, ac prorsus vitionem ac miraculosam dispositionem suam à se agendum decernat: postea vero circa viliam, cum voluntate, seu decreto illo repugnantiam, & oppositionem, quous ex his modis, pluviam, & vberitatem pro suo arbitratu decernere, atque exequi: cuiusvis enim ex his modis, aut modis electio per primum illud de pluvia & vberitate terre decretum libera vt de se se patet, atque integra Deo est. Hunc autem modum minus sibi probatum Soarius ipse in Deo ait: quia imperfectum videtur prius de genere, quam de specie decernere Deum cui omnia, quoad speciem, & modum à principio, ac simul, non minus, quam quoad genus, cognita ac certo explorata sunt, leuius autem, & consilium scripturæ hinc inde modus iste decernatur. Consilium: quia modum, & medium decreti, seu efficaciter intenti secundum se finis cum specie confundit, quasi finis secundum prædictum genericum decreto illo anteriori efficaciter intendatur, ac non secundum specialiora omnia eius diuiduantia etiam prædicata. Hoc vero ratione diuinæ scientiæ ex prædicto diuinæ (licet, non quia intuitiva: vt alij putant, cui prædicto obiectum præsciendere, vt sæpe ostendi, non contradicit) repugnat, & ex parte etiam decreti, cuius efficacitæ præcisiua ex parte obiecti esse non potest, vt sæpe etiam monstrauimus. Si ergo, vt Soarius significat, de rei efficaciter inchoate abique modi, & medi intentione eodem modo, atque de intentione rei, secundum prædictum genericum, sine specifico confendum sit, non quidem minus Deum decens modus hic secundus erit, sed aperte iupplicatorius, & repugnans: quare censet Soarius genus, & speciem laxo, nec stricta metaphysica, & logica significatione usurpasse, ita vero pro re decreta, & efficaciter intentam secundum se, quin modum, seu medium, quo faciendū est, simul decernatur ex parte decreti diuinæ nulla est indecentia vmbra quin Soarius ipse in modi huius confirmatione secunda intentionem Dei de pluvia, & fructuum terre vberitate, abique vilo scrupulo, possibilem posterius admittit.

4. Tertium modum sibi probatiorem intendendi efficaciter gloriam prædestinati gratuito ex parte actus, atque antecedenter ad eius merita, alit dependenter ab

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

illis ex parte obiecta asserit Soarius: vt scilicet gloriam prædestinati per medium meritum determinat, siue vt præmium, & coronam, ac non aliter obtinendam, antecedenter decernat: ex eaque intentione auxilia efficacitæ eligat, ex quibus iustitiam adeptus prædestinatus, eam perscueranter mereatur, ac subinde ob merita condigna, quibus ille decedit, gloriam vti efficaciter intendat, vt coronam, & præmium ipsi donet. Nullam autem in hoc modo repugnantiam inter efficacem Dei voluntatem intentionis efficacis gratuitæ ex parte actus, & independentis à meritis, & eius obiectum, gloriæ scilicet, dependenter à meritis atque non aliter, nisi vt præmium & coronam donandæ: quare, & eius voluntatis cum executione gloriæ, vt præmij & coronæ concordiam esse apertissimam sic explicat, & confirmat. Primo: quia in contractu venditionis gratis quis vult huic, & non alteri rem suam vendere, & tamen eius donationem gratuitam non vult, sed onerosam, & pro pretio. Secundo qui præmium de suis bonis certaturis liberali voluntate statuit, & proponit, non vult tamen bona illa gratuito & liberaliter sed onerosè ob certantis merita donare. Tertio si ita poponens præmium certantibus tantæ esset virtutis, & industrie, vt sua opera, & consilio ita aliquem posset innare, vt certo vinceret, ac præmium propositum infallibiliter consequeretur, suæ huius potentie & industrie consiliis oblique vlla repugnantia, & imprudentia posset, gratuito etiam, & liberaliter ante absoluta certaminis merita velle illi præmium, & coronam victori à se etiam liberaliter propositam, neque aliter quam ob victoriam in eo certamine consequendam: atque ex ea gratuita, & efficace antecedente voluntate operam, & industriam suam certanti impendere, & applicare potest efficaciter velle, vt his suppetis in certamine vincat, atque ob exercitiam absolute strenuitatem, & victoriam obtentam præmio & corona certaminis præstituta coronetur. Hoc autem exemplum, in quo nulla gratuita, & liberalis efficacis voluntatis de illo certante premiando, vel cum suo obiecto, vel cum voluntate posteriori præmij, & coronæ collatiua repugnantia inuenitur, est conclusionis affirmantis possibilitatem efficacis intentionis diuinæ merita prædestinati antecedentis, prorsusque liberalis, & gratuitæ de gloria ex meritis determinate, & non aliter quam, vt corona & præmio donanda, casus idem, atque vt aiunt ipsissimus est. Et sane alterutro ex duobus postremis modo gloriam adulti prædestinati à Deo antecedenter, gratuito, & liberaliter intendi, nec ab opposita sententiæ Patronis negari posse videtur: eam quippe ita gratuito ineffaciter absolute à Deo intendi fatentur. Quare vel eam Deum intendere præcedendo à medio determinato meritum ex parte obiecti, vel per merita determinate (vt verosimilius) obtinendam, quin inter gratuitum intentionis, & onerosum obiecti non, nisi ex meritis, obtinendi, & ita executionem donationis gloriæ ex meritis voluntatem sit repugnantia, aut oppositio vlla. Quod autem aduerfarij intentionem illam efficacem esse negant, ad conuenientiam, vel oppositionem gratuiti intentionis cum oneroso obiecti intenti, & executionis ex intentione illa huius inefficacitæ, vel efficacitæ nihil refert. Hac vero antecedentis efficacis intentionis, seu electionis gloriæ statuta possibilitate, vt de facto pro prædestinatis in Deo adsit rationes, & à priori, & ab absurdo Soarius & eius sectarij inducant commodius referendas resellendasque certamine octauo, cum nostram primam conclusionem statuamus, ac vindicemus.

5. His omnibus, & singulis pro intentionis gloriæ, siue electionis efficacis merita antecedentis prædestinati ad illam possibilitate à Soario excogitatis, Valquez noster multis se opponit neque satis plerumque firmis (vt aliis ipsius, hac in re sectariis vlti venit) que hic rejicienda vilia nobis sunt, firmioribus in certamine vltimo pro eorum, & nostra negatiua sententiâ referatis, ne eius veritas ex probationam, & fundamentorum debilitate apud æquos rerum estimatores, vt non subruat, vacillet: & male

Vu 2 in



in primis contendit Vasquez disp. 89. c. 7. & 3. p. d. 23. c. 8. ordinem intentionis solum in Dei voluntate esse: Executionis vero in folis rebus, & obiectis, sine scilicet, & mediis executis: cum ipse efficacem etiam intentionem finis per media & causas physicas obtinendi in Deo concedat, ac postmodum voluntatem concurrenti cum ipsis ad finis executionem. Nec dubium esse possit, quia media remotiora ad executionem precedentia proximiorum ad finem ex Dei executiva voluntate ob finem aliquem præintendunt, & anteriore ad voluntatem Dei mediorum finis proximiorum provenire debeat: quare, & ordinem executionis in divinis etiam voluntatibus repetiri, siue ex efficaci, siue ex inefficaci finis seu effectus per intermediarias causas à Deo apponendi intentione executiva illa Dei voluntatis proveniant. Secundo male contendit in Soarj doctrina aliquid volitum fore ordine executionis non eodem, vt deberet, sed diversò atque aduerso etiam modo, quo ordine intentionis volitum est: ac proinde efficacium voluntatum ordines non convenire inter se, sed inuicem maxime discordare. Assumptum probat: quia ordine intentionis voluit Deus merita propter gloriam: ordine vero executionis vult dare gloriam, vt Soarius ait, propter merita, levis probatio: quia est grauis in philosophia æquiuocatio. Distingue: vult ordine intentionis merita propter gloriam, vt finem intentum ac non habitum, sed per merita obtinendum, fateor, vt medium, & meritum morale habitum, suaque absoluta existentia ad merita apponenda Deum mouens, & inducens, nego. Similiter distingue alteram assumpti partem, ordine executionis, vult dare gloriam propter merita vt finem, nego vt medium, & meritum absolute præhabitu, & existens suaque absoluta existentia mouens, atque inducens Deum vt in præmiu & coronam gloriam, vt ordine intentionis præuoluerat, dicit, fateor: Ecce harum vtriusque ordinis voluntatum concordiam summam, vt mittam eiusdem æquiuocationis fallacia suæ Vasquez ipsum patere: cum ex inefficaci gloriæ intentione, siue propter gloriam, vt finem, auxilia, & merita prædestinati apponi fateatur: ac tunc propter merita ita absolute posita, in eorum præmiu, & coronam ordine executionis gloriam conferri. Nec præstat, quod Vasquez instat, merita, scilicet, non esse media physica, sed moralia, quæ eundem ordinem proinde in voluntate operantis, atque in executione debeant seruare: siquidem solum sunt media quatenus mouent voluntatem operantis, siue volentis obiectum. Quocirca si ante præuila absolute merita voluntas ad efficacem gloriæ prædestinati mota est, nihil restat postea motionis moralis meritis erga Dei voluntatem exercendum. Sed tamen duplici intentionis, & executionis ordine admissio, quem necessario vidimus admitterendum, tamen ordine intentionis gloria vt sine voluntas efficaciter, & adquatè moraliter mota sit nilque restet meritis motionis moralis eo ordine agendum; restat tamen agendum totum ordine executionis eorum absoluta existentia præuila, qua sola potest præmijs, & coronæ executionis collationem exigere, & gloriam, vt talem meritum motione causare: quod ipsum fateri Vasquez debet admittere Deum posse effectus causarum naturalium ante harum absolutam præuisionem decernere: hæc siquidem non solum illos physico influxui ordine executionis causant, sed naturali precaria exactione voluntatis concurrenti executioni à Deo: quam precariam executionem sua absoluta existentia fortuntur, atque ordine illo intentionis ad efficacem antecedentem intentionem diuinam effectuum ipsorum non habuerunt. Quod autem ultimo instat Vasquez Deum ordine intentionis, & consultationis præconcordari, ac statuere debere, non solum, quid liberalis, & misericors, sed, vt Iudex, & sit: ac proinde merita absoluta expectanda, vt prædestinati efficaciter intendat; ordinem contra aduersos & motus sibi pugnantia coniungit: statuit ergo Deus liberaliter ordine intentionis gloriam dare ordine executionis, non nisi, vt iustum Iudicem, post merita præuila.

6. Tertio impugnatur antecedentis intentionis & executionis efficacis huius possibilitatem d. 89. citata ex Okamo: quia circa id, quod aliquis non sibi sed alteri libere consequendum proponit, atque adeo, ex eius

intentione indicat non debere moueri, nec necessitas mouendum ad apponendum ex parte sua, quod opus est, vt finem ipsi ab alio intentum obtineat, nequit illi: quis intentionem efficacem illius finis habere, cuius executionem absolute in sua potestate non habet, ob frustrationis periculum, & incertitudinem obtinendi finis, quem alteri intendit; tamen media ex ea intentione inefficaci possit efficaciter velle, ac de facto alii conferre, & sique parte apponere, etsi ille alter, cui finis ab altero intentus, & proprius est, medium, & ipsum finem in sua habet potestate ad media adhibenda, nisi ex efficaci finis voluntate nequeat moueri: sicut, de ille aliquis, si finem sibi intendit, quem, & media necessaria in sua omnino potestate habet. Sed falsis pluribus inuitur impugnatio. Primo enim videmus non plerumque quæ ab alterius voluntate pendunt, puta officium, beneficium, ita vehementer, & nobis & alijs obtinendum intendere, vt ex vi intentionis illius ad eam executionem, quantum possumus moueamus, & nihil ad eius assequutionem fortius, & potentius vi eius intentionis omittere possumus: nescio autem quid aliud intentio efficacis nostra habet, quam decernere non ad agendum, quantum possumus, totum, nihilquequod in nobis sit omittendum ad intenti finis consecutionem: etiam cum nobis aliquid efficaciter volumus, vt salutem à medico, alimentum, & vestitum à venditorisque voluntates in nostra potestate non sunt, nec illi concutius causis naturalibus necessariis, cum per illas aliquid efficaciter obtinere intendimus. Ratio est: quia infirmitas de ratione efficacis intentionis nostra, etiam circa ea, quæ ab alterius libertate non pendunt, minime est. Etsi autem sit infirmitas de ratione intentionis efficacis diuine, atque in casu præfati, datus à Deo efficacibus etiam auxilijs meritis, & gloriæ per illud assecutio nostræ libertatis, ac infirmitas potestatis sit possitque absolute antecedente potestate non apponi: alii non apponi nequeant consequente potentia, & impossibilitate: quare intentio illa esset essentia iter per scientiam mediam præsuppositam decretis, vt Soarius ait, eamque proinde auxilij efficacis donatione deuolens imbibitatem necessitatem consequente intenti finis habet: Quod est satis, vt inuitur nequeat: atque hac ratione Deus in Scriptura ceteris, vt voluntates nostras in manu sua habere dicitur, vt ei quoquo verum deducat, & veritat infallibiliter, atque indefectibiliter quo velit atque ab Augustinus, mendat, & c. 1. 4. de corrept. & grat. Deum magis habere in potestate voluntates hominum, quam ipsi sunt: Quare vt eorum haberet ratio in creatis intentionibus, sicut in diuina. Secundo Vasquez ipse contendit, Deum intentionem efficaciter hominibus abundantiam fructuum per causas naturales, & agrorum culturam ab ipsis consequentem, quæ cultura libera est, & potestatis ipsorum, Discrimen finis propositi proprii eius, qui intendit, vel alii ad possibilitatem antecedentis intentionis finis proprii non alieni, nisi ad plenam vel non plenam potestatem intendendis iam impugnatum recuratur, non capio: atque (vt mittam omnia, quæ vult Deus ob finem eandem gloriam, vt communiter dicitur, quare, & sibi, & proprium finem, ac reliqua vt media ad ipsum velle) amicitie amor ita nos in amatum transferre, vt, quæ nobis ex complacentia nostri à natura infusa, ex illius complacentia amemus ipsi, atque velimus. At certe certum est, discrimen de iis, quæ penes intendentes potestatem sunt, vt conferat, non stat in eo, quod aliis intendat vel sibi, sed in eo, quod se solo immediate, & proxime possit, ac efficaciter velit conferre: tunc enim datur dependent ab alterius libertate, & opere repugnat, vt pateret: sed tunc intentio voluntas illa non erit, sed executionis solum sui obiecti, cum nihil ad eius obtentionem rationem medijs habere possit. Si autem ita finis intentionis, vel intendenti, vel alteri ita in ipsius potestate est, vt se solo illum exequi possit, & etiam dependentem ab alterius libertate, atque operatione, quam tamen in sua habet potestate, vt nostras habere Deum dicitur, nec aliter, quam per alterius liberam operationem conferre, atque exequi finem statuat, tunc voluntas illa efficacis antecedens absolutam alterius operationem, & intentio efficacis obiecti sui erit: non tamen ex



ea immediate effectus executionis poterit apponi, sed expectanda operatio alterius necessario erit: tamen si ita efficaciter intendente intentione illa ratione efficacis sue intrinsecæ seipsa determinet, ut efficacis media ad eam operationem, quam ratione ipsorum in sua habet potestate absolute obtinendam adhibeat: ita ergo Deum se posse habere in electione, seu intentione efficaci gloriæ prædestinati Soarius ait iuxta tertium modum intendendi gloriam ipsius, ut præmium, & coronam, nec aliter quam per ipsius merita obtinendam: quare tertia hac impugnatione non tangitur.

7. Sed tertium modum Soatio probatorem impugnat rursus Vasquez. Quia actus internus, & externus in eadem specie virtutis necessario esse in statu Theologia debent: maxime cum internus actus specificam honestatem ab externo accipiat: atque in presenti, ut sit actus gratitudinis, misericordiae, aut liberalitatis, efficacis voluntas gloriæ prædestinati, debet respicere non solum obiectum harum virtutum honestatem (quod omnibus virtutibus commune est) sed etiam in materiali obiecti rationem pecuniariam: nempe compensationem obsequii, ut gratitudo sit, misericordiae subleuationem, ut misericordia, & parum largitatem, ut sit virtus liberalitatis: tamen enim his tribus virtutibus aliquid commune, & independentes ab obiectis conueniat, velle scilicet liberè, & absque ulla necessitate physica, aut morali obligationis tribuendi, tamen in specie aliqua eorum constituit voluntas nequit, nisi speciale eius respiciat & pertingat. Si autem gratis, & sine meritis, quod de efficaci electione antecedente ad gloriam, denotat, vix commune illud libertatis physicae & moralis, speciale, quod in virtute liberalis donationis est donatio, & voluntas exequens gloriæ liberalis, & gratuita esse debet, ac non ex meritis: cum, ut exequens voluntas intentioni illi respondeat, nec aduersetur, tum, ut donatio ad aliam virtutem specialem ab ea, in qua electio illa efficacis seu internus actus est, à quo procedit, contra statum dogma moralis Theologiae non pertineat: ergo implicat efficacis electio illa antecedens liberalis, sine, ac independentes à meritis prædestinati cum executiva voluntate, & donatione dependentes à meritis quæ de facie ex meritis, & remuneratoria est: in proponente autem præmium certaturus atque efficaciter intendente, & iuvante, quantum potest, vnum ex certantibus, ut superet, & præmium à se proponitur (quo proxima ratio videbatur encurari) assequatur, duas actiones externas duasque internas distinguit: harumque quarumvis in eadem specie virtutis cum externa, quam efficaciter intendit constituit: interna siquidem præmij propositio, & eius tractatio externa prout liberalis est, certantium communitati, ac fors Republicæ, si præmia de suo alias ponere debeat. Præmij autem distributio eiusque voluntas efficacis, erga alteram ex certantibus, quæ distributionem illam pro obiecto habet, est liberè, & physice, & moraliter habeatur liberalis non est, sed gratitudinis & remuneratoria seu distributio iustitiæ vix externa ista distributio: quod si alius à proponente, & collatore præmium efficaciter intendat, adiungetque subinde, quantum potest, alterum ex certantibus, ut præmium consequatur, cum media solum possit conferri, idque liberaliter, si ita conferri ab ipso contigerit, nimirum quod intentio efficacis, ex qua illa donat liberalis etiam sit, illud de voluntate emptionis & venditionis extra rem videri ait. Pacisci enim de re, & pretio ad eam virtutem pertinet ex cuius fine quis paciscitur, & quandoque ad nullam, immo quandoque ad vitium, si ex fine fornicationis, ludivie immoderati, & vitiosi paciscatur. Extremum de intentione inefficaci, quæ idem virtutis opus cum externa actione non facit levius videtur, nec liberalitatis, sicut efficacis intentio, affectus est, sed benevolentie ad plures virtutes communis. Hæc tamen, etsi acutissima, intentum non evincunt. Scilicet præmium quis proponat ex intentione efficaci, ut alter ex certantibus illud consequatur, ex qua etiam illam, quantum possit adiuvet, ut vincat, præmiumque donet victori, dubium non est, quin præmij donatio ad gratitudinem, vel iustitiam distributivam spectet, ad quam antecedens illa efficacis intentio, spectare non potest, cum debitum victori non supponat, similiter, ut

Vasquez ipse aiebat voluntas efficacis vendendi, seu paciscendi, ex qua rei traditio ex iustitia sit, ex iustitia esse nequit, sed ex alio quopiam motivo esse potest: ergo non oportet, ut intentio efficacis antecedens voluntatem aliam alicuius actionis executivam ad eandem virtutem ad quam actio, & executiva eius voluntas spectant, pertinet: neque id, nisi de actu interno immediate, & directè executivo actionis externæ, atque hac externa moralis Theologia docet, potuit docere; nec vim ullam habet oppositio, nisi ex debita subordinatione physica intentionis, & electionis ex ipsa quæ ob finem intentionis esse debet, siue efficacis, siue inefficax intentio sit: quare, & contra Vasquez ipsum vim habet exemplum, si quam habet. Denique eundem tertium modum impugnat: quia, si unico actu intentionis gloriæ, seu intentionis antecedentis gratitudo, & liberalis, non nisi ex meritis donande, ferri intelligatur poterit quidem ferri in gloriam per, vel propter merita, siue ex meritis seu ordine meritum ad eam voluntatem concipiendam, qui altero ex his tribus modis explicetur, nequitque verificari, nisi merita præiusta in eam voluntatem influant: quod & ipsius antecedentis, & liberalitatis repugnat: quare, nisi electio illa efficacis antecedens præcedens à meritis (iuxta modum secundum iam impugandum) asseratur, prorsus repugnat: sed cum Vasquez ipse 1. 2. c. 1. de intentione finis doceat illam ferri in finem cum ordine, & relate ad media necessario debere: quare non posse non directè in illum, & indirectè ad merita ferri idem sibi responsum iudicet, & electionem, seu intentionem illam gloriæ antecedentem, & efficacem ferri in gloriam cum ordine, & relate ad media meritum, ac proinde ad merita etiam indirectè.

8. Secundum de antecedente intentione seu electione efficaci ad gloriam præcise à mediis determinatis, siue à meritis impugnat Vasquez, quia ex vi eius electionis antecedentis, seu intentionis efficaci gloriæ præcise posita etiam posteriori electione mediis determinati meritum ad eam consequendam, immo & electione mediorum efficacium pro obtinendis meritis ad hanc sublequata monetur homo liberè ad merendum, & obtinendam gloriam per merita: Ergo, etsi non mereatur, nihil ponetur cum intentione, & electione meritum prædestinati, & auxiliorum efficacium ad merita absolute impossibile, atque nec deficientibus meritis à gloria efficaciter antecedente intentum, excideret, cum intentio illa, & electio antecedens, & ab intrinseco efficacis gloriæ cum eius absoluta positione, & existentia essentia sua connectatur: Ergo eis intentione, & subsecutis electionibus, nullaque facta impossibili sed possibili absolute positione consequeretur prædestinatus ad gloriam sine meritis, quod Soarius negat, & electioni consequutionis gloriæ ab ipso determinate per medium meritum prorsus repugnat. Respondere tamen Soarius facile in suis principiis potest: antecedentem illam suam electionem, seu intentionem gloriæ, vel saltem electionem sublequutam mediis determinate meritum, & auxiliorum efficacium ad ipsam scientiam conditionatam medium directivam, & subinde conditionatam etiam meritum, uti eius obiectum, functionem supponere: quare, si merita in statu absoluto desissent, ut potestate antecedente possint, non præcessissent: quare impossibile absolute esse suppositionem conjunctionis defectus absoluti meritum, & electionis ipsorum, tanquam mediis determinate electi ad absolutam gloriæ consequutionem: ad eam quippe conjunctionem opus est ut electio ipsa supponatur absolute præcedens, & existens: quare & absoluta existentia meritum positis absolute efficacibus auxiliis, cui futuro eorum conditionata & scientia media, ac tandem electio ipsa, cum auxiliorum, tum mediis determinati meritum innititur: ad coniungendum autem absolutam meritum existentiam & eorum absolutum defectum, purificata per mediorum absolutam positionem conditione, nulla esse potest in voluntate, nisi fictitia & chimerica potestas, ut de se patet, ac sæpe docuimus: quare sola est potestas ad non merendum, ac impediendum, ne futuro conditionata, atque electio, tum meritum, tum auxilij illius, in suo genere præcesserit: quæ est potestas non merendi eius



qui absolute potest, atque in sua potestate habet impedimentum possibilitatis consequens non merendi, pro  
priori ad absolutum meritum quem appetit impedire,  
non fuerit, et respondimus sepe ad componendum absolu-  
tum libertatem actus contingens cum electione & col-  
latione absoluti efficacia auxilij per scientiam mediam  
regulatus & directus: quare, nisi aliunde hac oppositio  
genius prematur ut pressius cont. 4. q. 2. contra Soa-  
rificas praefinitiones vniuersimac iterum in te praesenti  
vrgibus cert. vlt. facile me cluetur, vel eludetur impu-  
gnatio.

9. Impingat secundo: quia, quicquid Deus vult gratia ipsius, vel propter ipsum vult, gratia alterius, vel propter aliud, quin possit voluntas præcedere ab utroque: sicut nec potest præcedere, vt aliud velimus, quin ex nostro, vel alterius complacencia velimus: ergo Dei voluntas efficax gratia gloriam prædestinat, vel verfatut gratia gloriam, cuiusque donationem propter se, & gratia sui, atque sic aperte vult dare gratis, & sine meritis: id est enim dare gratis, dare felicitat gratia donandi: & ipsius donationis, & præter exclusionem meritorum in ea voluntatis infertur inde: electionem medij meritorum ad consecutionem glorie locum non habere, adhuc pro posteriori: quia voluntati illi efficaci aduersaretur, vel verfatut gratia gloriam cuiusque donationem, non gratia ipsius & propter ipsum, sed propter merita, & tunc iam includit merita: cum autem nihil Deus possit velle nisi propter se, & gratia sui, vel gratia alterius & propter aliud, atque primo modo excludatur merita, secundo vero includatur, fit planè voluntatem illam ab inclusione, & exclusione præcisiuam esse chimericam, & impossibilem. Ad exemplum volentis efficaciter ex misericordia succurrere egeno non definiendo pro eius voluntatis signo prior donationem, vel mutuo, vel debiti compensatione succurrere respondet: iam assignari specialem virtutem misericordiae, quæ componi possit cum quouis ex assignatis modis executione succurrendi, in voluntate autem illa donandi gloriam abstrahendo à meritis, non potest assignari specialem virtutem, quæ cum donatione executionis propter merita componi queat. Sunt autem hæc cæteris debitoria. Nam pone (quod Scriptura asserit) eam Dei voluntatem ex misericordia fuisse, & est casus, quem admittis, & sane, cum merita ipsa ex misericordia Dei oriuntur potest ipse conferre gloriam ex duplici voluntate misericordiae, & iustitiæ, vel gratitudinis, vel vniua ab alterius merito inadequate concepta, & adequate ab utroque: vel propter vniua vel principale morium, alterum vt impulsivum: vel denique exercere, & exequi materialem actionem iustitiæ, aut gratitudinis in donatione glorie ex solo motu misericordie. Ratio autem illa nititur euocatione notata supra à nobis in alia eius impugnatione, vocum gratia, & propter se, vel propter alium: acceptio quippe gratia & propter se, vel propter, & gratia alterius finaliter, & mediatis, vt presius ad formam, quâ aptius ad latinitatem loquar) verum est nullum actum voluntatis cuiusvis possit ab utroque præcedere, propter autem meritum, cum non finaliter acceptum, sui finis respectu glorie, quæ ob ipsa datus, sed potius medium morale, fit motiuum, per quod illa in executione dabitur: quare absque vlla repugnantia voluntas illa anteceden, siue electio efficax prædestinat ad gloriam in ipsam electio, donationem ob misericordiam honestatem, vel alterius virtutis motum, quin medium meritorium includat, vel excludat, potest præcise ferri: & sane cum quouis ad motum attinet, nullum fit intentionis inefficax glorie prædestinatio à Vasquez asserta, ab efficaci diffinitionis importuna, ad eius efficaciam impugnamdam medium istud assumitur. Ratio, ob quam videtur hic finis modus minus Soanen placet, quia scilicet videtur admittere Deum prius de genere, quam de specie decernere, quod, cum ex parte diuini, & cæcæ, tum ex parte efficacæ diuinæ voluntatis repugnat, vt ostendimus, in modi huius explicatione benigna, quæ supra dedimus, Soari) ratio vim non habet, vt ipsi, & iam philosophandi modo, duplicat.

CERTAMEN VI.

*Haud maiori operæ pretio Vasquiniani  
aliis Soarium impugnant.*

**I**mpugnatur Lessius primo. Quia hoc modo electio-  
nis reprobi ante praeiudicia praesentis positum etiam videtur  
a gloria exclusi: tum quia ceteris Baudonum numerum  
habe electione efficaci praefinitum uti adducunt cetera  
lapidum numero, & certo Coniugarum numero, & ordine  
coniugum, eius alterorum esse docent: cum autem  
efficaciter electi nequeant non numerum lapidum complere,  
et a supra illum addi alij sine mutatione praesentis  
ordinis, & dispositionis addij nequeant, electione clausa  
ante praeiudicia merita non includi, exclusi a gloria pos-  
sunt erant, ac denique cum ex ea fulgor efficacia electio  
ad gloriam auxilia efficacia ad perferendum deservit  
tur, qui ita electi non sunt, videntur ab auxiliis illis  
a perferenda gloria exclusi: excludit: vrgitur primum, & de-  
meritaj certum lapidum numerum salvandorum conuenit,  
& adificio caletuli inferendum, quoad augmentum, &  
decrementum concedant: quare nec mentium Coniugum  
illius molevae adificio, certis corporee magnitudinis  
terminis, & proportionibus delineatur vulgo. Secun-  
dum non vrgit magis. Electio quippe efficax necessitas  
non est, vt auxilia efficacia donentur, adhuc praefini-  
tatis in horum (sententia, qui ex intentione inefficacia  
salutis praedestinationem, & electionem auxiliorum efficiunt  
etiam ad perferendum possibilia adferunt, sed  
solum requirit, vt ita electis, & praedestinati non pos-  
sint non confecti: quare ex determinatione hac consi-  
derantur auxilia electis praedestinati ad per-  
ferendum reprobi, respectu quorum remanent nullius  
inefficax salutis, ex quo dicitur a Deo ea auxilia possibilia  
ab eis non remanent exclusi, sed ex mera Dei bonitate,  
quam eis electionis simili absentia facit. Unde Lessius  
impugnetur euangelic: quod scilicet Deus non  
decurrit sperare velle reprobis salutem; sed ex eo ipso  
saluti insidiat: quandoquidem de industria ea deest  
auxilia, quibus nouit saluandos; et quia praesentium  
ignarus de auxiliis prouident: plerique reprobi  
contingunt: verum cum id ex mera Dei libere non  
ex praedicatorum praefata electione ad gloriam pos-  
sint, nisi contra hanc praestat obiectio; non est in re  
Lessius obiectans respondere: cum ad praedestinationem,  
& electionem auxiliorum efficaciam ad perferendum,  
scientiam medium regulatum, & discretum  
requirit: electionem vero sufficientem pro reprobi  
comitari simili scientiam fateatur; & tanta Deo  
vera, sincera, seruaque salus inprobi intentione  
ex illa eligere sateri dogmatice debeat iuxta sententiam  
huius difficultatis a nobis datam controuersa, & in illa  
etiā in anteaactorum peccatorum praesentia ex industria  
ea triquit: quia tunc etiam ex corporeis, & respici-  
sententiae fide ea confert, ab ea intentione libera, scilicet  
quod salutis inprobi non abistit, de quo rursus, & respici-  
reprobatione: indōque euangelic fecundum: idem cum  
populum electio hanc potest significare: idem cum  
ipsum Catholicam praedestinationem ingenerare potest apud  
pelagianos, immo & apud Doctos alios, & euulso senten-  
tiam, pelagianos ab Augustino praedicta fcauism fecit,  
quia non satis ab ipsis intellecta. Pari quoque apud  
aliorum intelligentia oritur, quod ea sola ignorantia, non  
aliorum intelligentia oritur, quod ea sola, vt Theologus  
tunc, aut vera, aut probabilita tradunt. De quibus  
aut ad modum subtilis, & populi, fidei conuicti, aut  
quem est nobis fermo, caput superfluitatem fidei  
praecipit prudentia; vt de rebus ad praedestinationem  
stantibus subtilioribus.

2. Tertia impugnatio, Quod eiusmodi electi nulli possint respondere reprobi damnamdi ne antecedenter ad gloriam electos, atque efficacibus auxiliis à Deo non præuentos, vt bene uiuerent, ac perseverarent, vt electi, & præuenti fuerunt, & prædestinati. Hæc enim obiectio